

*Sicut misit me Pater, et ego mitto vos:  
accipite Spiritum Sanctum.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 20, 19-23

<sup>19</sup> **C**um esset sero die illa prima sabbatórum,  
et fores essent clausæ,  
ubi erant discípuli propter metum Iudæórum,  
venit Iesus et stetit in médio et dicit eis:  
«Pax vobis!».

<sup>20</sup> Et hoc cum dixisset,  
osténdit eis manus et latus.  
Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino.

<sup>21</sup> Dixit ergo eis íterum:  
«Pax vobis!  
Sicut misit me Pater,  
et ego mitto vos».

<sup>22</sup> Et cum hoc dixisset, insufflávít et dicit eis:  
«Accípíte Spíritum Sanctum.

<sup>23</sup> Quorum remiséritis peccáta, remíssa sunt eis;  
quorum retinuéritis, reténta sunt».

Verbum Dómini.